Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

fuerit a deo tanquam aaron. Per eum uempe siquis introierit
saluabitur: et inuenet pascua. Sin uero ascenderit aliunde:
ipse fur est et latro. Iam qui per epm sibi in sortem ministerij
huius introisse uidetur: de cetero quemadmodum ei seruiat: que
admodum ministret: quemadmodum pascat tripliciter ut
preduximus gregem dni: collinita sceni examinatione distinct
ut. Indignus enim lacte et lana communicatur: si non pascat oues:
si non uigilat in custodia gregis: iudicium sibi manducat
et bibit. Sacro potestate male accepta: tam in bono quam
in malo utitur: abusio est. Hec sunt que pastori conueniunt
bonitas, disciplina, scientia. Bonitas amabilem: disciplina mi
rabilem, scientia timibilem reddit. Tu autem domine: miserere no

Forma absolutionis in Coena Dni.

Dicto Confiteor ab omnibus præsentibus tribus
Abbas adiungit Misereat, uestri omnipotens;
et postea hanc recitat absolutionis formulam.
Authoritate Dei Omnipotentis Patris et Filij et
Spiritus Sancti, beatæ Mariæ Virginis, et omniu
Sanctorum ac totius Ordinis ego absoluo uos
præsentes et absentes ab omnibus peccatis et de-
lictis, et ab omnibus excoicationibus, si quas in-
cidistis, et ab omnibus irregularitatibus, si quas
contraxistis, et restituo uos sacramentis Eccle-
siæ, et dispenso vobiscum in nomine Patris et
filij et Spiritus Sancti
Amen.